Werk

Titel: Correctur

Autor: Weller, Emil

Ort: Leipzig

Jahr: 1863

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?342672002_0024|log74

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

info@digizeitschriften.de

Bücherpreise, besonders Aldinischer Ausgaben zu Anfange des 16. Jahrhunderts.

Nihil emi neque tibi neque mihi propter penuriam pecuniae et moram debitorum. Duringi mei nam in patria mea sunt nervi novi sacelli, quod solvere debent festo ipso Walpurgis vix praestant in ieiunio. Thomas commisit modicillum debitum, servata fide, emam quantum possum quod sciam tibi gratum fore. *Libri Aldini* aes magnum requirunt. *Aristoteles* aureis XV aestimatur, vidi divenditum Coloniae XVI, pro *Platone* VIII postulantur, praesta VII. et tuus erit. pretio tali etiam emerunt anno superiori Reuchlin et Buschius, quum cum ipsis eram. *Lucianus* IIII emitur. ita Caesarius comparavit, *Suidas* aureos quinque postulat, Francfordiae non minus; videor tamen mihi posse aliquid subtrahere. Hunc librum utilissimum quare non emis? tunica oppignoranda fuit. Mitte tantundem auri vel dimidium, comparabo tibi non pluris quam Francfordia vendit, impetrata dilatione pro reliquo dimidio. Habeo Herbipoli qui emptionem meam diligenter tractant; faciam autem debitum nomine meo, non tuo. Ex Graecis nihil secum advexit Georgius ad nostras nondinas, domi tamen habet quoscunque auctores tibi nuper in quodam indice notavi.

Vuldae raptissime III. Eid. Junii.

(Inscriptio.)

Ad Kunradum Mutianum
totius antiquitatis consultum
tranquillitatis patrem
Amicum sanctiss.
Crot.

Vid. *Croti (Rubiani)* ad Mutianum epistola, dat. Fuldae d. 11. Jun. 1515 in Ulr. Hutteni oper., ed. Boecking Vol. III. Lips. 1862. N. XXV** p. 543 seq.

Correktur.

In Nr. 17. S. 263 ist statt Günther Johann Zainer zu lesen. Das S. 260 erwähnte defekte Exemplar der Aesopischen Fabeln gehört einer der Freiburgischen Ausgaben an.

E. Weller.

Verantwortlicher Redacteur: Dr. *Robert Naumann.*
Verleger: *T. O. Weigel.* Druck von *C. P. Melzer* in Leipzig.